haeredum parietem haeredibus de Radogoszcz agnoverunt
personaliter existentes, et ab isto loco Eundo Versus
Occidentem Ducebant Actores Dominos Commissarios Circa
Fluvium dictum Przywornia Usq ad Scopulos Angulares
Katowskie Circa Viam dictam Pabianka Ubi haeredes de
Katy parietem Scopulum Angularem Haeredibus de Radogoszcz

Inhaesio Ductus a Scopulis Angularibus Łagiewnicki, Zegrzany Regalibus et Czerniec haeredum de Radogoszcz

Circa Scopulos ab Oriente versus Occidentem usq ad Viam Stratam quae ducit de Stoki versus Zgierz:-
rursum ipsa via Strata per Sylvam Usq ad Fluvium dictum Przywornia Circa quem haeredes de Katy parietem haeredibus de Radogoszcz agnoverunt versus Occidentem Circa Fluvium Przywornia usq ad Scopulos angulares Katowskie circa viam Pabianka

agnoverunt

Et ab isto loco ad Scopulos angula=res Villae Sokołow cum Kathi seu Katy

agnoverunt, et ab isto loco eundo progressive haeredes de Katy
seu Kathi duxerunt Officium suum Dominos Commissarios ad
Scopulos Angulares et parietem Villae Sokołow, haereditati
Kathi seu Katy Contiguos Notabiles, ubi haeredes Sokołowscy
personaliter Existentes Eosdem Scopulos haeredibus de Katy libe=
=re agnoverunt, et ibidem expetierunt Actores et haeredes de
Radogoszcz et Katy, Quatenus Domini Commissarij juxta
Jurisdictionem suam legitime deducti ex agnitione Collate=
=ralium et Signorum Notabilium Granicialium Commonstrati=
=one Ductum Actorum approbarent, Scopulos erigerent et Gra=
nicies juxta Juris formam exequant. Tum vero Oppidani

Oppidani Zgrzenses

Zgrzenses ubi dum inde Ductum suum iidem Actores ad pa=
rietem quem illi Radogoska nominabant cum haereditate Czerniec
ex parte Citata protestatum est, hunc Parietem non his haeredi=
tatibus verum Advocatiae Zgrzensis cum Piaskowice et Zgierz
pertinere Ductu tandem Nullis Scopulis Notatu per hos
haeredes tracti, cum venissent ad locum Monticulorum
qui multi eo loci numerati sunt, atque ibidem Nobilis Pe=
trus Sokołowski monticulum Unum pro Scopulo An=
gulari haereditatis Sokołow ipsis haeredibus agnovisset
Ex Parte Domini Capitanei postulatum est, ut Pars
Actorea deducat Num eo in passu Processum in assequendis
Granicicbus de Jure Observari debitum, contra Collaterales
qui necessario ad id vocandi sunt (: alias enim nullum
Processum in Granicicbus adhibendum est :) hoc est Remissio=
=nem ad Campum in Judicio Terrestri Obtinuerit, et an Cita=
=tionem Contra Collaterales Eosdem haeredes Sokołowskie et
alios Competentes ediderit referens id esse de Jure Necessa=
=rium quinimo etenim Jus praescriberet Modum Citandi Colla=
=terales, primum ad Judicium Terrestre postea vero obtenta
ibidem Remissione ad Campum ad locum Campestrem his Solem=
nitatibus Juris Omissis Granicies geri non possunt, non vi=
dentur enim Collaterales, stringi ad Comparendum Super
Citationem Succamerarialem et huic Similem nisi prius
Processus Juridicus Remissionis in Judicio Terrestri
permittatur. Quod ita Vocati necessario hic se sistere
Jure adigantur. Quoniam vero nemo ex legitimis haeredibus
Villae Sokołow Comparet, ipse Liquidus Petrus Sokołowski
Nihil Juris et Competentiae in Sokołow habet, in Bieła=
=wy enim Bonis Ex divisione Fraterna Sortitus est
qui et se Fratris sui Nomine id ipsum agnoscere allegit

non probat.

non probat tum Commissione vel Citatione, vel Muni=
mentis Sunt autem ibidem Alij haeredes qui nunquam
in Agnitione Granicierum non eo loco uti minime
Granciebus Consimili verum Competenz Suum Ulterius
a pariete suo bene notabili quem attendendum vero petijt
agnoscebant, quod Instrumentum non facile Cognoscitur, cum
Idem qui nullo Jure potitur Scopulum Agnoscit, Ceteri=
=que quoque Cohaeredes Uti per Partem non vocati se non
Sistunt, prout si Terminis jure Servatis ad id vocati
fuerint tenerentur Ea propter petijt Idem Citatus
ex isto Non servato Processu ad praesens a Limitatione Bono
rum Eorundem Supersedi. Quia Idem haeredes de Radogoszcz
etiam si requisiti non deducunt Eosdem Collaterales
ad id Acitos esse Contra quas Partis Citatae Oppida=
norum Zegrzensium exceptiones Uti impertinentes hae=
redes de Radogoszcz deduxerunt et declaraverunt eas
de Jure Consistere non posse Siquidem pro Aliena Injuria
Si quae esset nemo agere potest nisi Ipse Cui Competit,
et quia Collaterales Sokolowscy in Termino Legitimo
Comparentes et Terminum et Contiguitatem Sine Omni
Controversia agnoscunt Actoribus nec Impediunt.
Sed promovent Granicies faciendas ideo nullam
habet Causam Citata Pars premissa Objiciendi nec
Obstat Similiter quod Remissio in Judicio Terrestri
in hoc passu Actus Commissorialis facti non fuerit
aut quod Alij Cohaeredes de Sokolow personali=
ter non Compareant, Si quidem Jus docet quo pacto
Contumaces Condemnentur tum si quae illis fuerit
Injuria non alteri quam Ipsis Solis etiam Jure repe
tere Convenit, tum quia Bonorum Regalium Delimi=
mitatio non nisi Dominis Commissarijs à Regia
Sacra Majestate datis Competit, et non Juri Terre=
stri, petientes Idem Actores Citatis, amputatis hu=
=iusmodi Exceptionibus impertinentibus Citatorum
ad Ulteriorem Granicierum Processum eos Adigi,
Decreto mediante Salvis Iisdem Actoribus Omnibus
ut prius Juris beneficij et Documentis in toto re=
servatis. Et Domini Commissarij praefati Juri Communi
et rationibus legitimis Actoreae Partis Inhaerendo
nullius Partium praejudicare Volentes, Exequitationem

Oppidanis

coo

haeredes de Rado=
goszcz
Respondent

×

Commissarij +
demandant Dictis
Oppidanis et Vil=
lanis Zegrzensibus

Oppidanis Zegrzensibus et Incolis Villae Zegrzany faciendam decreverunt, Tandem Ipse Citatus facta Solenni Protestatione de Nullitate Ejusdem Actus praecavendo indemnitati Sacrae Regiae Majestatis, ne cum Signis Granicialibus non Commonstratis nec protestatis discederet aliquid praejudicij et damni Bona Sacrae Majestatis Regiae exinde Capiant, veras et Notabiles Granicies demonstrans Eosdem Dominos Commissarios ex loco incompetenti Jurisdictionem Capientes, citra Approbationem legitimitatis expediendarum harum Granicierum duxit post Fluvium, Ubi Scopulum bene notabilem parietalem haereditatis Sokotow cum Zgierz in recto Tramite ab Alijs Scopulis parietalibus Earundem haereditatum ex altera parte Fluvij erectorum situm monstravit, à quo item recto tramite Scopulis bene notabilibus veniens ad locum trium Scopulorum Angularium qui sunt haereditatum Zgierz, Kałski et Sokotow Granicies debitas Scopulis Optime erectis Notabilibus notatas demonstravit eas ad Scopulum haereditatis Rogi terminando, à quo tandem recte Currendo, ad locum illorum Trium Scopulorum, à quibus Actores Ductum suum coeperunt pervenit, Hoc itaque Ductu expedito, hoc in loco stetit, petens ne fidem Domini Commissarij Suo ductui tam Notabilibus Granicies et Scopulis Testimonijsque Senum fide dignorum obfirmato aversentur imo Eas Granicies monstratas in Nullo Submoveant, cum etiam si istius differentiae illis aliqua diiudicatio pertineret ex inepto Processum nullum Juridicum ad praesens facere possunt Jurisdictionem enim fundaverunt in Fundo proprio Sacrae Majestatis Regiae ubi nulla Competentia Actorum est, tum quod id quod de Jure Observandum est fundamentum fere Conficiendarum Granicierum Remissio videlicet a Judicio Terrestri et adcitatio ad Campum Collateralium per Actores praetermissa sunt fundamento vero sic non facto ut patet, quomodo Aliquod Judicium desferendum est hic etiam non in vim Controvertendi verum Informandi Causa adtulit, Bona Radogoszcz fuisse antea Regalia, quae tandem modo Commutationis Radogoscij Consecuti sunt, Si itaque Actores Ductu suo Inficiant Ductum Citati ratione istud perpendendum est num Sacra Regia Majestas potioribus attinentijs Villam Radogoszcz et alia Bonis adhaerentia quam Oppidum Zgierz // Ut hoc Ductu

Actores totam Bor

Actores totam Borram et pascua supra enim Campum Du=
=ctum suum fecerunt adimere intendunt, et solum Campum
eis Concedunt, ita quod si ita Granicies formari debeant In=
=colae Ejusdem Oppidi Omnibus attinentijs Orbati et desti=
=tuti Ex loco Oppido transmigrare et alibi Possessiones Con=
=querere necessario Cogerent; y dotavit, non tali tamen Condi=
=tione donum istud Collatum est, Ut data haereditate una
et altera tolli, hoc dono debeat, quod si enim haereditas Ra=
=dogoszcz taliter ditaretur satius esset Oppidum una cum
Radogoszcz Conferre, nihil enim attinens Oppido afficent
ita ut illud submovere sit necesse, quod item Actores Hae
reditatem Czernice sibi vendicant, quadam Comonutatio=
ne sive Donatione, eas Donationes Constitutione Regni et Exe=
=cutione penitus sublatas esse Citatus retulit et Eapropter
prout supra petijt in eo Actu Granicierum nullum Pro
cessum Juridicum nec Judicium aliquod adhiberi Juris
remedijs et Protestationibus quibus vis salvis sibi per
Omnia reservatis, et post factam Exequitationem Citato
=rum Oppidanorum Zegrzensium ac Incolarum de Ze=
=grzany, in eo loco Ubi Incipiendo a Scopulis de nominatis
Sokołowskie versus Meridiem locis et Tramite incon=
=suetis per Borram et inculta loca Citati fecerunt Du
=ctum suum quousque pervenerunt ad molendinum Ka=
=towski Possessionis antiquissimae haeredum de Rado=
=goszcz ad praesens vero haereditatis Gnosi Ezechielis Tar=
=nowski Ubi Commonstrabant Scopulum Asserentes
Eum esse ibi cum Bonis Sokołów et Katki contiguum
Ibi incontinenti haeredes de Sokołów et Katy Nobiles
Petrus et Stanislaus Sokołowscy suo et Joannis Patris
nominibus, ac Joannes et Sebastianus Katowscy Perso=
=naliter existentes Protestabantur et Contradicebant Ipso
=rum Oppidanorum Zegrzensium allegationibus et nudis
assertionibus affirmantes Parietem hunc non Bonis Rega
libus sed Bonis Katy cum Radogoszcz sibi esse in hoc loco
Contiguum, nec unquam Oppidanis Zegrzensibus Ea quae
asserebant pertinere, ibidemque in instanti haeredes de Ra=
dogoszcz tum et Katy seu Katki refutando et reprobando al=
legationes et Ductionem frivolam Oppidanorum et Incolarum
Zegrzensium. Reproduxerunt Inscriptiones Authenticas
multas Videlicet Divisionem Bonorum Radogoszcz Katkie

Nobiles Sokołowscy et Katowscy Protestantes

Documenta haeredum Divisio 1458. Radogoszcza et Katki

Ubi parietem

Ubi Parietem cum Sokotow habitum per expressum de=
=ducebant de Anno Domini Millesimo Quadringen=
=tesimo quinquagesimo Octavo, et ex quibus apparebat
Possessio Antiqua, Stagnorum Molendinorum Videlicet
Borowy et Katowski Circa haeredes de Radogoszcz exi=
=stere; quae ad praesens Citati Oppidani Sua Exequuta
=tione frivola Contra Omnem rationem haeredibus de
Radogoszcz adimere Conantur, Item Commonstra
=verunt Actum Obligationis Molendini dicti Boro
=wiec in Anno Domini Millesimo Trecentesimo Septua
gesimo Sexto per haeredem de Radogoszcz, Item Divi=
=sionem Bonorum Stagnorum, Molendinorum haeredum
de Radogoszcz in Anno Domini Millesimo Quadringen=
=tesimo quinquagesimo Sexto facti et Alias multas
probabiles Dispositiones et Documenta Bonorum
eorum in quorum ad praesens Possessione Existunt Acto
=res, Contra nudas allegationes et frivolas Ductiones
Oppidanorum Zgierzensium reproducebant Coram
Dominis Commissarijs in praesentia Citatorum quibus
probaverunt Molendina praedicta in haereditate Kat
et Radogoszcz Consistentia Semper et usque nunc in Pos
=sessione haeredum eorundem de Radogoszcz pacifica
fuisse et esse, quod et Ipsi Citati et Collaterales in
=fici nequeunt imo agnoscunt, et in quadivisione ap=
=paret Contiguitas parietis Sokotow et non Oppidi
Zgierz, Tandem ab illo loco Molendini Katowski
Ubi vertendo se ab Occidente versus Orientem ad Affe
=ctationem Ipsorum Oppidanorum Zgierzensium et In
=colarum Zgrzazensium ventum est per Borram
et Campum Usque ad Curiam Generosi Ezechielis Tarnow
=ski in Radogoszcz Consistentem allegantibus Ipsis Oppi
danis hic Granicies in Fluvio Radogoszcz Contineri
et Sibi haereditatem istam Usque huc pertinere ad
Oppidum Zgierz, Sicquod Villa Radogoszcz et Campo
et Sylva et Molendinis privari debeat prout res Ipsa
Oculis Subjecta Ductu Ejusdem Omnibus patebat, quod
quia nulla ratione vel convenientia probare pote
=rat Contra evidentissimam Vanitatem illorum, Inscriptiones Divisionum Radogoszcz planissime
testantur quas toties iterare minus foret necessarium
et transeundo Ultra Curiam Generosi Ezechielis Tarnow

Obligatio Molendini Borowiec 1376. per haeredem de Radogoszcz
Divisio Bonorum Stagnorum Molendinorum 1456

Tarnowski ve

Tarnowski versus Orientem, ventum est ad Scopulum quemdam seu potius Tumulum alias do Mogiły quem asserebant Ipsi Ductores Zegrzenses esse Ipsorum Angularem cum Bonis Radogoszcz atque Batuty. Ubi Generosus Ezechiel Tarnowsky deducebat esse Haereditatem Radogoszcz et Czerniec cum Batuty Inscriptionibus Legitimis et Divisionibus id Comprobare sese Offerens Authenticis. Tandem ab illo Scopulo seu Tumulo duxerunt Officium Commissoriale versus Septemtrionem Orientalem Commonstrando Scopulos Parietales asserendo eos esse Haereditatis Zegrzanensis quos tamen Scopulos nullus Collateralium eius agnoscere volebat, Immo quando ventum est ad haereditatem Rogi Ipsi Haeredes Rogowscy personaliter existentes circa parietem suum dixerunt et firmiter asseruerunt nullam hic Contiguitatem habere Bona Regalia cum Bonis Nobilium sed ipsos solos Haeredes de Radogoszcz et Rogi Contiguitatem et parietem hunc per Oppidanos Zegrzenses ut praemissum est Commonstratum habere et semper habuisse absque ulla Contradictione quarumvis Personarum et Possessorum Capitaneatus Lanicicensis et cum procedendo ulterius ventum est ad Scopulos Angulares haereditatis Modrzewie Rogi et Radogoszcz Contiguos, ubi asserebant Oppidani Scopulum Parietalem Zegrzany ibidem esse, nemine tamen id Illis agnoscente. Tandem ab eo loco ventum est ad Scopulos Angulares Haereditatis Łagiewniki, Czerniec et Zegrzany, Ubi similiter allegabant Oppidani et Incolae Zegrzanenses parietem Zegrzanska ibidem esse, Contra quorum allegationem Nobilis Joannes Łagiewnicki de Łagiewniki et Modrzewie haeres personaliter stans agnovit Contiguitatem, tam Parietis Circa Scopulum Modrzewie, quam Angularem circa Scopulum Łagiewniki Ipsis haeredibus de Radogoszcz Haereditatis Ipsorum Czerniec et hic Idem incontinenti Confutando allegationes Ipsorum Oppidanorum et Incolarum Zegrzanensium frivolas coram Dominis Commissariis, Haeredes de Radogoszcz expetierunt suum Haereditatis Czerniec quae huic loco adjacet et intermedio haeret Inter fundum Radogoszcz et Inter fundum Zgierz pro sua haereditate non cupent et asserant Oppi

Scopuli Angulares haereditatis Modrzewie Rogi Radogoszcz

Oppidani

Oppidani Zegrenses nec non Qui per expressum reco=
gnoverunt Hæreditatem Czerniec Bonis Regalibus
pertinere, sed Eam Allegationem Suam Nullis Authen=
ticis Documentis probare potuerunt, In Contrarium
hæredes de Radogoszcz multis Privilegijs Docu=
mentis Literatorijs, Authenticis, Dispositionibus
ac etiam Vera recognitione Collateralium Omnium
hanc Hæreditatem ipsorum Czerniec hæredum
de Radogoszcz Antiquissimis temporibus à Cen=
tum Nonaginta Uno, et Alio Privilegio, a Centum
Septuaginta Tribus Annis esse propria docue=
=runt, et in Ejusdem hæreditatis Possessione pacifica
etiam Nunc extant, Contra nudas Oppidanorum
Zegrzensium allegationes, tum etiam Literis et
Privilegio Serenissimi Casimiri Regis atque Capita=
neis Lanciciensis protunc existente id attestanti=
bus et approbantibus, petierunt Actores præfati
ex deductionibus suis legitimis et Agnitione
Collateralium undiquaque Concordi, uti juxta Juris
Granicialis Observantiam propioribus Actoratum
in negotio præsenti Granicierum Sibi decerni,
Exequitationemque Suam Ubi legitime factam in Exe=
cutionem deduci, Salvis Sibi Ut supra Omnibus
Juris beneficijs Conservatis, et Domini Commis=
sarij Juri Communi et rationibus Juridicis su=
pra deductis Inhærendo Partem Actoream cum
Literatoriam, et Agnitionis Collateralium Si=
=bi Contiguitatem Ut supra præmissum est a=
gnoscendo tum et Jura dispositiones ac Usum fru=
=ctum jugiter Continuatum habentem Signaque
Granicialia magna ex parte Commonstrantem
tanquam de Jure propiorem ad Comprobandam
Ductionem Suam esse legitimam adinvenit, et
Partibus præfatis in Negotio Granicierum præsenti
procedere decrevit. Citatus vero Solenniter Protes=
status est Ministeriali Regni Generali Providdo
Stanislao Lesicki de Zgierz, Contra Eosdem Domi=
nos Commissarios, quod Ipsi non attentis Juridi=
=cis Impugnationibus et Defensis illius in Sum=
=mum damnum et præjudicium fundi Desolati
{ubi post multas allegationes}

Hæreditatem Czerniec hæredum de Radogoszcz

desolationem

desolationemq Bonorum Sacrae Majestatis Regiae Simile Judicium in re eadem inconformiter Juri exposita, Contra Omne Jus, aequitatis et Omnem rationem in Bona Sacrae Mattis Regiae tulerunt, cum quibus ratione praemissorum in foro fori acturum se Obtulit, huicq Decreto non acquiescendo et de nullitate Judicati Solenni Protestatione facta. Eodem die Sole ad Occasum inclinato ex eodem loco discessit, Ulteriorem processum ad diem Crastinam differendo. Domini itidem Commissarij praefati Etiam Ministeriali Regni Generali Provido Paulo Kowalski de Radogoszcz et Nobilibus Alberto Rogowski et Stanislao Bykowsky ac tota Nobilitate ibidem existentibus Solenniter sunt Protestati se nihil nisi quod Jus suadet, ex aequo et bono in Negotio Principali Granicierum decernere nec praejudicium facere, aut viam ad defensas et probationes Juridicas praecludere velle, aut quisquam in damnum et derogationem fundi Regiae Majestatis sua Sponte vel temeritate aliqua Committere velle Si adsint Citt ad id rationes Legitimae de usu Juris Granicialis Convenientes ac necessariae. Quas dum pro Parte sua non afferant Citt Sed allegationibus nudis negotium hoc elidere Conantur, Domini Commissarij ex Officio suo id quod Juris est procedunt Caeterum ex quo vespera eodem die increpuisset et tempus longo Negotio exequendarum ac finiendarum Granicierum praefatarum non sufficeret ideo Causam hanc totam cum suo effectu ad Crastinam diem Ipsi Iidem Domini Commissarij Limitaverunt transtulerunt et prorogaverunt Ipsis Partibus ad id personaliter Consentientibus, et Concordiam magis, quam rigorem Juris utriumq expetere praefigens Ipsis Partibus Terminum die crastino circa loco eodem differentiae praesens Occasione praemissorum ad ulterius in negotio Granicierum procedendo ita prout de Jure veniet Nulli Partium Jure laeso talem qualem habere nunc debuerant. Tandem die Sequenti id est Sabbatho ante Festum Sancti Petri ad Vincula Domini Commissarij Suprascripti facto inter Partes Ipsas examine et

Sequenti die id est Sabbatho ante Fm S. Petri ad Vincula

Omnes Circum

Omnes Circumstantias atq differentias sedulo exquirentes atq indagantes Juramenta aliaq humanae Conditionis ac fragillitatis nocumenta mitigantes et amputare volentes Acceptis ab Utraq Parte Senibus maxime vero Constitutionibus Serenissimi Domini Regis nostri Moderni " de Girmadi " Commissionibus Inhaerens Parte Actorea id benevole ipsis Concedente medium adinvenire. Et Incipiendo a Scopulis novem " Numero " progressive antiquitus existentibus, a pariete seu angulo Villae Lagiewniki tendentibus quos haeres de Eadem Lagiewniki, de Radogoszcz haeredibus agnoscit hoc est ab Oriente versus Occidentem progrediendo Circa Viam Stratam Zegrzensem de Stoki tendentem, Inprimis eundo ad Parietem et Scopulos Angulares Katowskie per Sylvam densam et locis quibusdam paludinosam ut potuerunt recto tramite progressi sunt, usq ad parietem et Scopulum Sokotowskie Angularem quem Ibidem Sokotowscy agnoscebant, et sic mediando Controversias et exequitationes Partium ut apparebant extremas restringendo medidium Conati sunt adinvenire, et hoc potissimum Considerando quod Collaterales omnes, quicunq Contiguitatem cum bonis nobilium haeredes de Radogoszcz habent, Eisdem Actoribus Scopulos angulares agnoscebant, nemo autem aderat ex parte Citatorum qui Ductionem eorum in minimo agnoscerent, imò aperte Contradicebant Signaq per Citatos demonstrata Suarum haereditatum esse affirmabant Offerentes sese de Jure necessarium sit non modo Documentis et Munimentis Literatoriis, sed etiam Corporalibus Juramentis id Ipsum Comprobaturos. ibidemq Circa Scopulum Angularem et Parietem Sokotowska Partes easdem Utrasq personaliter existens requirebant, quid ex his Mallent Utrum Juris rigorem ac Concordiam amicabilem in praemissis fieri, ad quam requisitionem Actores Ipsi Arbitrio Dominorum Commissariorum Ultro sese exponentes, et Concordiam magis /: licet talia Documenta tum et Agnitiones Collateralium pro parte sua habeant :/ quam rigorem Juris affectantes, nihilominus et probationem omnem Ductionis suae per senes Subditos, quae de Jure fuerit necessaria non abhorrens neq detractando; Ex-

petieruntq Domino[s]

=petieruntq Dominos Commissarios Ut Executionem Grani=
=cierum præfatarum Inter hæreditates prædictas ad effe=
=ctum deducant, juxta exigentiam Constitutionis et Commis=
=sionis Sacræ Regiæ Majestatis. Tandem cum Domini Com=
=missarij in Borram exquitassent, Ipse Citati attentabat
ne præjudicium ac diminutio aliqua in Fundo Sacræ
Majestatis Regiæ suboriretur attentans, a cum Decretum
Die hesterna nulliter latum prosequi et juxta illud se se
Pars Actorea Observare debeat, à quo appellationem In=
=terponere proposuit Citatus, verum quia Illius nulla
mentio imò prætermissio facta est. Dominiq Commissa=
=rij ad Novum alium processum in Conficiendis Granici=
=ebus sese retulerint. Ideò Citatus Solenniter protesta=
=tus est, se vim in eo passu pati, nec aliquempiam in eo
Actu Juridicum Observatum, atq ad sippationem Grani=
=cierum potius vi quam Jure processum esse in quo ta=
=men ipse Ut vim vi repellere debeat, sese Continuit
Constitutione Sic ipsum Stringente tali tamen Vi
quam et Omnem quicunq per Dominos Commissarios
proponitur Processum Jure Mediante, ac alia quavis
ratione remotensesset, cuj in nullo acquiescit, prote=
=stando Solenniter de nullitate Earum Granicierum in=
=quantum terminentur, nec tenendis ipsis, in tanta
siquidem differentia et diminutione fundi Sacræ Maje
=statis Regiæ. Agnitione Legitima Collateralium non
audita, nec Testimonijs Senum ex Bonis Sacræ Maje
statis Regiæ, qui ad palam non agnoscunt / exceptis absq
quovis Juramento Actorum indamnum et præjudicium de=
=solationemq maximam Bonorum Sacræ Majestatis
Regiæ hic Conficiuntur, Quibus Citt ille non acquie
=scens de nullitate Eorum præjudicioq ac gravamine
in quantum aliquid in detrimentum fundi Sacræ Maje=
=statis Regiæ processum sit vi, potius studioso Conatu potius,
quam Jure eodem nonattentans, de quibus præmissis præfa
=to Stanislao Ladicki de Pgien Ministeriali Generali Regni
ac Nobilibus Multis in evidentius Testimonium ac=
=ceptis Idem Generosus Dominus Capitaneus Solenniter
protestatus est. Et Domini Commissarij Suprascripti
attenta Contumacia Citatorum Oppidanorum et Incola=
=rum Zegrzeng et Villæ Zegrzany, ac Ipsius Domini Capi=
=tanei Lancicien ab Exequendis Granicibus Sine ulla Cau=
=sa legitima discedentium, Visaq et attenta Concessione
hæredum de Radogoszcz Arbitrio Dominorum Commissari=

Tandem cum Domini Comissarij S. R. M. in borram Exequitassent Citatus attentabat

a Decreto apellationem Interponere proposuit Citatus

verum quia illius nulla mentio imo prætermissio facta est

et Domini Commissarij

orum Suam ex

Cives Zgirzenses et Incolae Villae Zegrzany nulla Documenta Juridica
.

Commissariorum, suam Execquitationem seu Ductionem Subijcientium, revisis Omnibus Documentis Literatorijs, Dispositionibus locorum intervalis Circumstantijs, differentijs, Collateralium Agnitionibus, et quod in alienis Haereditatibus fundis, et Molendinis, Execquitationem Ipsos Cives sive Oppidanos Zgirzenses, et Incolas Villae Zegrzany temere fecisse Constabat nullaque pro sua parte Documenta Juridica Ipsi Citati Oppidani et Incolae Zegrzenses ac Zegrzanenses haberent. Ideo Constitutionibus Regni inhaerendo, Commissionique Regiae Majestatis satisfaciendo Nomine DEI Omnipotentis invocato ad legitimam Actorum Haeredum de Radogoszcz affectationem Scopulos de Terra sippari et erigi per Officium Domini Succamerarij Lanciciensis videlicet Generosum Joannem Pajewski Camerarium Granicialem Terrae Lanciciensis in praesentia sui Decreverunt, et erecti sunt Scopuli. Inprimis Incipiendo à Pariete et Scopulo Angulari Villae Sokołow ab Occidente versus Orientem progrediendo sipati sunt Scopuli usque ad viam dictam Pabianka Parietales in numero Duodecem Bona Katy seu Katki cum Bonis Oppidi Zgierz distimitantes et circa Viam Pabianka facti sunt Scopuli Angulares tres Unus Zgierski, alter Radogoski, Tertius Katowski, et ab isto loco progressive eundo versus Orientem, primum per borram, deinde per Sylvam Densam facti sunt et erecti noviter Scopuli parietales in Numero Quadraginta octo et signa in Arboribus ad instar Crucis facta usque ad Scopulum Antiquum circa viam Stratam, quae ducit de Stoki ad Oppidum Zgierz, à quo Scopulo ventum est ad Scopulos Angulares Villae Łagiewniki Ubi Jurisdictio fundata Dominorum Commissariorum inprimis fuerat, Ipsos Novem Scopulos Parietales antiquos Haereditatis Czerniec ab Haereditate Zegrzany Regali Distiminantes, renovando et restaurando, ibique in Ipso loco et Scopulo Angulari Ultimo Domini Commissarij praefati Granicies praedictarum Haereditatum finiverunt et determinaverunt et easdem Granicies modo praemisso Uti legitime ac Juridice factas robur perpetuae firmitatis habere debere

Incipiendo a Pariete Sokołow et Scopulo Angulari ab Occidente Versus Orientem usque ad viam Pabianka Scopuli 12 parietales

+

Scopuli 3 angulares Circa viam Pabianka

Scopuli Parietales 48 et signa in Arboribus usque ad Scopulum Antiquum Circa viam de Stoki ad Oppidum Zgierz

adinvenerunt

adinvenerunt et decreverunt. Sub Poenis in Statuto et Constitutionibus Regni descriptis, Contra quasvis — Personas Status et Conditionis cujuslibet existene praemissis Contravenire praesumentes de forma Juris interpositis ac Succumbendis, Eas insuper — Granicies praefatas Ut praemissum est per Dominos Commissarios facti renovatas et erectas per Mini=sterialem Regni Generalem Providum Paulum Kowalski de Radogoszcz voce clara Solenniter Omnibus ibidem Existentibus publicare fecerunt Decreto suo mediante et eas robur perpetuae fir=mitatis habere denuntiaverunt, in quorum Omni=um fidem, ac evidentius Testimonium Actum praesenti Sigillis et Manuum Subscriptionibus proprijs Muniti Domini Commissarij praefati Con=scribi fecerunt. Joannes Rzysinski Castella=nus Covaliensis manu propria. Stanislaus Bzy=kowski Castellanus Conariens Lanciciensis Capitaneus Stradiens manu propria propria Albertus Lubieniecki Gladifer Terrae Bre=stensis manu propria. Joannes Gajewske Granicialis Campestris Palatinatus Terrae Lanciciens Camerarius. manu propria.

Ex Actis Terrib. Lanciciens. Districti Brzezins Extraditi

Stokowski.

Lectum per Sadkowski

(9)

Granice
Radogoszcza z Zegrzen-